

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova
Bibliotheca MSS. Librorvm, Sive Specimen Antiquarvm
Lectionvm Latinarvm Et Græcarvm**

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Registrum Alexandri IV. Papæ & litteræ, ac varia instrumenta Romanorum
Pontificum aliorūmque ex codicibus MSS. Bibliothecæ Naudēanæ, pag. 39.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263

1. Registrum D. Alexandri Papæ iv. Pontificatus eius anno vii. continens vnam supra quadraginta Epistolas, quarum nonnullæ libri instar esse possunt.
 2. Bullæ & alia litteræ Clementis v. Pontificis Maximi Pontificatus anno primo, &c.
 3. Bullæ & litteræ Bonifacij viii. Papæ anno eiusdem Pontificatus septimo ad Nicolaum Ostiensem & Veletrensem Episcopum Apostolicæ sedis Legatum ad partes Vngariae, &c.
 4. Instrumentum Conuentionum factarum inter Carolum secundum Regem Ierusalem & Siciliae anno 1307. die 6. Nouembris & magnificos vitos Opizinum Spinulam de Lutulo & Barnabo de Auria Capitaneos Communis & populi Ianuæ, &c.
 5. Procuratorium & instrumentum fidelitatis & obedientiæ praestitæ per nuncios & Procuratores Henrici Imperatoris & Romanorum Regis nomine ipsius sanctissimo Patri D. Clementi Papæ v. anno Domini 1309. die 26. Iulij, &c.
 6. Recensio & Inuentarium diplomatum à varijs Principibus & Communitatibus concessorum Romanæ Ecclesiæ usque ad annum 1333. qui fuit 18. Ioannis Papæ xxii. die 21. Nouembris.
 7. Fragmentum breue Constitutionum Clementis Quinti in Concilio Viennensi, &c.
 8. Fragmentum Registri literarum Honorii Pontificis Maximi, &c.
- In codice 25. inter cætera, 1. Propositiones Ludouici Romanorum Regis contra Ioannem xxii.
2. Attestationes testium de finibus agri Beneuetani à Gratia procuratore Regis Siciliae productorum coram L. Episcopo Anagnino & Guillelmo de Spectinis Decano Antiocheno quibus Gregorius x. mandatum ad hoc sufficiens dederat anno R. salutis 1272.
 3. Contractus Conuentionum initiarum inter D. Angelicum Cardinalem & Episcopum Albanensem terrarum & Prouinciarum S. R. E. in Italia citra Regnum Siciliae consistentium Vicarium Generalem & deputatos ciuitatis Aretii tempore Gregorii Papæ xi. & Dominorum Cardinalium Albanensis & Bituricensis terrarum Ecclesiæ in Italia Generalium Viciorum anno 1371.
 4. Tituli cum summaris variorum instrumentorum & diplomatum, quæ seruantur in Tabulario seu Archiuis Ecclesiæ Romanae.
 5. Registrum in quo plurima Lotharii Franciæ, & aliorum Regum decreta continentur. Item Constitutiones Palatii Romani.